Restauration du manuscrit
***Missel du diocèse de Vienne* sur parchemin**
Ms 9 des Archives de l'Abbaye de Tamiém
Par L'Atelier du patrimoine de Bordeaux



Jn annunciatione dñica · lege excerptum ex libro
Beati ambroſii de ꝑpetua uirginitate ſc̃e MARIÆ.

1 I.

QOTIDIE MVLIERES
ieiunant · & non indicta ꝑſtant
ieiunia; Peccatum agnoſcunt;
accerſiunt remedium; Semel
de interdicto mulier manduca
uit · & cotidie ieiunia ſoluit;
Qui ſecutus eſ errante · ſequere
corrigentẽ; Ambo manducaſtis · cur ſola ieiunat?
hoc eſt ambo deliquiſtis · cur ſola remedium querit
errori? Veni eua iam ſobria · ueni eua · & ſi inte
aliquando intemperans · ſed iam inple ieiunia · Ve
ni eua iam talis · ut non de paradiſo excludaris · ſed
rapiaris ad celum; Veni eua iam ſarra · quæ parias
filios non in triſticia ſed in exultatione; Non in [illegible]
rore ſed in riſu; Jſaac tibi multiplex naſcitur · Veni
iterũ eua iam ſarra · dicatur uiro · audi ſarrã uxo
rẽ tuã; Sis tu licet uiro ſubdita · quia eſſe te decet ·
cito tamẽ ſoluiſti ſententiã ut uir te audire iubeatur;
Si te [illegible] in xp̃i illa pariendo auiro meretur audiri ·
quã [illegible] ꝓficit ſexus · qui xp̃m ſalua tamẽ uirgini
tate generauit? Veni ergo eua iam maria quæ
nobis non ſolum uirginitatis incentiuũ attulit · ſed
etiã dm̃ intulit; Vnde letus & exultans tanto mu

1 II.

[illegible]

In annuntiatione dñica · lege excerptum ex libro Beati ambrosii de ppetua uirginitate scē Mariae.

COTIDIE MULIERES ieiunant · & non indicta pstant ieiunia; Peccatum agnoscunt: accersiunt remedium; Semel de interdicto mulier manducauit · & cotidie ieiunia soluit; Qui secutus es errantē · sequere corrigentē; Ambo manducastis · cur sola ieiunat?





conturbet· ut imaginē tuā in fonte tuo semp̄ atten
das; Porta clausa es uirgo· nemo apiat ianuā tuā
quam semel clausit scs & uerus· qui habet clauē
dauid· qui apit & nemo claudit· & claudit & ne
mo apit; Apuit tibi scripturas· nemo eas clau
dat; Clausit pudorē tuū· nemo apiat eū; Nemo
lviii. inquit cito· tene quod habes· nemo accipiat coro
nam tuam; Lectio sci euuglii· scdm lucam.
In illo tempore· Missus est angls gabrihel a deo
in ciuitatē galileę· cui nom̄ nazareth· ad uirginē
desponsatā uiro· cui nom̄ erat ioseph de domo da
uid· & nom̄ uirginis maria; Et reliqua.
Omelia lectionis eiusdē beati ambrosii epi.
Latent quidem diuina misteria· nec facile
iuxta pphicum dictum· quisquā hominū
potest scire consilium dei; Sed tam̄ ex ceteris fac
tis dni saluatoris possumus intelligere & hoc ppen
sioris fuisse consiliū· qđ ea potissimū electa ē ut dm̄
pareret· que erat desponsata uiro; Cur aūt non
antequā desponsaretur impleta ē ē· Fortasse ne di
ceretur quod concepisset ex adulterio; Et bene utrūq;
posuit scriptura· & ut desponsata esset & uirgo;
Virgo· ut expers uirilis consortii uideretur; Des
ponsata ne temeratę uirginitatis adureretur in
famia· cui grauis aluus corruptele uideretur insig
ne pferre; Maluit aūt dns aliquos de suo ortu·